



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

CCLXXXV. Dem Domcapitel wird ein Geistlicher vom Kloster Broda empfohlen, am 29. Aug. 1371.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

lus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus univērsis integrē responderi, contradictores per cen-
suram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus, si aliqui super provisionibus
sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte
fedis vel legatorum ejus sub quacunque verborum forma litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhi-
bitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam
auctoritate nostra hujusmodi beneficia expectantibus in ejusdem beneficii assecutione dictum clericum vol-
vumus autferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari
seu si ejusdem preposito et capitulo vel quibusvis aliis communiter ab eadem sede sit indultum, quod
ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi
vel excommunicari non possint, quodque de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem vel presenta-
tionem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facien-
tes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte
sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam
vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque
toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod si tu presentes litteras
non potueris seu volueris exequi, dilecti filii, decanus et cantor ecclesie Magdeburgensis litteras
ipsas ac omnia et singula in eis contenta secundum ipsarum litterarum tenorem exequi possint et de-
beant, super quo eis tenore presentium mandatum damus et etiam potestatem et insuper prefatis pre-
posito et capitulo, ne de hujusmodi beneficio interim etiam ante insinuationem presentium eis factam et
processum per eos habitum, nisi postquam eis confiterit, quod idem clericus beneficium hujusmodi
acceptare voluerit disponere quoquomodo presumat districtius inhibemus decernentes irritum et inane,
si secus super premissis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Da-
tum Avinione, III. kal. Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

CCLXXXV. Dem Domcapitel wird ein Geistlicher vom Kloster Broda empfohlen,
am 29. Aug. 1371.

Honorabilibus viris et religiosis dominis Ottoni preposito ac universis canonicis ecclesie
Brandenburgensis, Hinricus Orans, prepositus, ac singuli canonici monasterii in Brodis cum
orationibus in domino sinceris Nos pronos ac indefessos ad quelibet genera vestrorum mandatorum.
Vestris paternitatibus venerandis pro nostre paupertatis intuitu non sufficimus regratiari eo, quod discre-
tum virum dominum Nicolaum Arneborch presentium datorem, ad communionem vestri canonica-
tus, prout ab eo didicimus, benigne acceptatis, qui vita laudabili et honesta conversatione bonaque fama
apud nos se gessit, ita ut ipsum regratiantes apud universos et singulos, ad quos quomodolibet perve-
nerit, petimus large promoveri, dimittentes etiam eundem dominum Nicolaum presentibus ab obedi-
entia, nobis canonice et regulariter facta, quitum penitus et solutum. In quorum testimonium etc. Da-
tum Brodis, anno domini M. CCC. LXXI. feria quarta post diem beati Bartholomei apostoli gloriosi.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.